

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput III**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

bii conjectit *Albertus*, hancque exinde oritur, quod ante fauces Alpium ab occidente in Orientem fluat, maiorem partem aquarum ex hisdem accipiat, adjicit. Solz contra aliorum piscium morem non superfluitant mortuæ, teste *Plinio*; rationem in ventre exiguo, & pinguedine pauca quæsivit *Aristoteles*. Sic se rem habere, lampetratum, congorum, murænatum pinguedine abundantiam ostendit superfluitatio. Tanta earum alacritas, ut à Phalacrococorace integræ devorata, per intestina novem repetitis vicibus elabuntur, tum retineantur cum debilitate fuerint *Gesnerus*. In fynu detentos, maiores præsertim, hominem ad suffocationem vincire, testatur *Cardanus*. A Sole in terra attactæ emotiuntur; sed ægertime alias, vita post excitationem manens ostendit. In Arethusa Chalcidensi manus, in auribus argenteis & aureis ornatas, cibum de manibus largientium accepisse, *Athenaeus*, *elianus*, & *Plutarchus* referunt. Idem in Eloto amne fuisse *Nymphodorus* auctor est.

### CAPUT III. DE BALÆNA & BARBO.

**C**eterum omnium maxima ac princeps est *Balaena*. *Plinius* maximum in Indico mari animal vocat, illique quaterna jugera adscribit: hæc autem *Massarius* nongentorum sexaginta pedum longitudinem interpretatur. *Nearchus* virginitatem passuum Balenarum magnitudinem constare tradidit, qui in insulis ante Euphratem, cetum mari ejectum, centum & quinquaginta cubitorum se vidisse, refert. Quæ in Scaldi fluvio decem ab Anverpia milliaribus anno 1577, die 2 Iulii capta est, colore erat ex cæruleo nigricante: fistulam in vertice habebat, qua aquam eruçtabat magna vi: Longitudo ejus erat pedum octo & quinquaginta, altitudo sedecim; cauda quatuordecim pedes lata, ab oculo ad rostrum extrellum intervallum sedecim pedum. Maxilla inferior senum in singulis la-

teri-

PIS  
tius pedum erat, vige  
to sociem foraminib  
tino cause, excav  
sum longissimum se  
unica à magis annis ac  
p. Comitis adjacentem  
un fuscus dicitur; Cap  
pinguidine, ipsi bider  
ambora specie v  
dissimiles, virginis  
distantem, Saxum.  
lantis ova venenata e  
obseruavit. Antoni  
quam duos dundrum  
tempore talem ventr  
cupitæ simili appa  
carinis parte senectute  
accidet passio. N  
quam ova supca & inf

CA  
DE CYPR  
CONGRO,

Cypriæ lapillam  
candidum & durum  
in medio fabstantiam  
anelli flexilem posse  
quod liberum pond  
um in Latio amnerep  
tina gravida fe  
tum oris masculum &  
spicula. In Polonia  
podam, glacie ol  
tumque qualiter, inver  
tum dissolutis, appa  
quæ est pisces, in Aran  
dicas, decrescente ti

teribus pedum erat, viginti quinque dentibus armata, qui totidem foraminibus, in superiore dentibus omnino carente, excavatis, recondi poterant. Tot dentium longissimus sex pollices non excedebat. Qui non ita à multis annis ad Schevelingam, pagum Haga Comitis adjacentem, captus erat, sexaginta pedum fuisse dicitur; Caput illius trium ferè cubitorum longitudine, ipsi ibidem vidimus. Ad Balænarum genus *Ambara* spectare videatur. Si enim longitudinem ipsius speces, viginti quinque æquat cubitos; si capitum duritiem, Saxum. *Leo African.* l. 9. descr. Afric. *Barbi* ova venenata esse Maji præsertim tempore *Platina* obseruavit. *Antonius Gaius* expertus est. Nam postquam duos duntaxas de illis bolos comedisset, cœnæ tempore talem ventris sensit inflationem, ut facies synopticæ similis appareret, inæqualis in unaquaque carnis parte sentiretur intemperies, cholerica tandem accideret passio. Nec citius evanuere symptomata, quam ova supra & infra purgarentur.

## C A P U T . IV.

### DE CYPRINO, CLUPÆA, CONGRO, & CHAOUIAROU.

**C**yprinos lapillum in capite juxta linguam habere candidum & durum, tradit *Gesnerus*, inque capitum medio substantiam cordis figura crassam, dum recens est flexilem postea duram, repositam gestare. Viginti libratum pondo invenitur interdum, ducentorum in Latio amne repertum, retulit *Iovius*. Cum fœmina gravidam se sentit, pariendi allapsio tempore, motu oris masculum excitat, qui lac spargit, spatio parit ipsa. In Polonia Cyprini lati in piscinam depositi à quodam, glacie obductis aquis quamvis diligenter quæstuti, inveniri non potuerunt: vere apparet disolutis, apparuere omnes. *Gesnerus*. *Clupæa magnus* est pisces, in Atar Galliæ flumine. Crescente Luna albicit, decrescente nigescit: aucto vel minimum cor-

S 2 pore